

PAVLLI PORTARELLI
SACERDOTIS NEAP.

SEBETHVS.


CVM ANNOTATIONIBVS,
*quæ ad Poematis difficultum locorum intelligentiam,
& ornatum maximè conducunt.*

CAROLI PINTI HERACL. SALENT.

AD ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS.
D. FRANCISCVM
ACASTROMAG. FERD. FIL.
NEAPOLITANORVM PROREGE.



NEAPOLI, *Apud Antonium Pacem.* c15 Is c III.
SVPERIORVM PERMISSV.





AD ILLVSTRISSIMVM,
ET EXCELLENTISSIMVM
D. FRANCISCVM DE CASTRO
NEAP. PROREGE.



*ANTA est, Excellentissime
Princeps, nominis, auctori-
tatis, ac liberalitatis tuae cla-
ritas, atq; splendor, ut nemo
sit, in cuius mentem venis;
quem non pudeat aliqua er-
ga te obseruantia signa non
ostendere, idq. ex me ipso colligo, qui cum simplex
inopsq. sacerdos sim, cumq. Iuuenis quandoq. mu-
sis dederim operam, continere vix me potui, quin
meum hoc carmen tumultuarijs studijs elucubra-
tum, quod Sebethum inscripsi, amplitudini tuae
dono darem, et dedicarem, ut siue tu illud legeris,
siue literatis hominibus, quos apud te habes sem-
per, cognoueris relatum, non iniucundum erit, laus-*

A 2 des

*des Urbium, Insularum, Collium, & Fluviorum
audire; quatuor tam mirifico exemplo regis, & mo-
deraris, ut sapientissimi senes vereantur ad huius
Regni regimen accedere, quippe cum adolescentis di-
ligentiam, prudentiamq. aquare vix sperabunt.
Accipe igitur (nobilissime Princeps iuventutis) exi-
guum hoc munus à tenui sacerdote oblatum, nam
si carmen, quod fortè ineptum fuerit neglexeris: a-
nimum tamen, et ingentē erga te animi obsequen-
tissimi significationem prae tua liberalitatis magni-
tudine non aspernaberis. Vale diutissime (optime
Princeps) meq. tibi addictissimū, qua Doctos vi-
ros serena soles fronte, excipito. Neap. Idibus
Febr. 1603.*

TVAE AMPLITVDINIS

Deditissimus

Paulus Portarellus.

CAROLVS PINTVS

HERACL. SAL.

Ad Lectores.

DE Neapolitana Urbis amplitudine, deq; eiusdem per Prosopopeiam magnificentia Pauli Portarellij legentes Heroica poësis numeros Heroum quidem lectione dignos, illud unum, (si id agere par est) vos admoneo; Quæ nimirum ab elegantissimo poëta, qui poetica artis religiosè præceptis utatur in poematis conficiendis præstari debent, ea ferme omnia nostrum velim præstitisse auctorem putetis. Enimvero is qua legentibus iucundus, auroq; dignius foret, aptioribus tropis, & sententijs tamquam capillis, ac fulgentibus pyropis suum exornauit opusculum. In hoc præcipue, concinneq; Neapolitana ora totius, ambitusq; ad admirationem per euidentiâ dispositis locis, Sebethum amnem optimorum poetarum more, summa captum letitia de se prædicantem, seq; ceteris iactantius paribus præferentem inducit. Atque in postrema tandem carminis sede ad Neapolitani Proregis laudes diuertit. Illud ergo amice, hylareq; excipite. Legite sapissime, & voluptuosa ad perlegendum vos alliciat oblectatio. Valete, & lectioni vestra meas in hoc temporis inopia breues (si lubet) in quibus Grammatici sum partes executus, adnotationes adiungite. x v. Kal. Martias clō 15 c III.



*des Urbium, Insularum, Collium, & Fluviorum
audire; quatuor tam mirifico exemplo regis, & mo-
deraris, ut sapientissimi senes vereantur ad huius
Regni regimen accedere, quippe cum adolescentis di-
ligentiam, prudentiamque equare vix sperabunt.
Accipe igitur (nobilissime Princeps iuventutis) exi-
guum hoc munus à tenui sacerdote oblatum, nam
si carmen, quod fortè ineptum fuerit neglexeris: a-
nimum tamen, et ingentē erga te animi obsequen-
tissimi significationem prae tua liberalitatis magni-
tudine non aspernaberis. Vale diutissime (optime
Princeps) meque tibi addictissimū, qua Doctos vi-
ros serena soles fronte, excipito. Neap. Idibus
Febr. 1603.*

TVAB AMPLITVDINIS

Deditissimus

Paulus Portarellus.

CAROLVS PINTVS

HERACL. SAL.

Ad Lectores.

DE Neapolitana Urbis amplitudine, deq; eiusdem per Prosopopeiam magnificentia Pauli Portarellij legentes Heroica poësis numeros Heroum quidem lectione dignos, illud vnum, (si id agere par est) vos admono; Quæ nimirum ab elegantissimo poëta, qui poetica artis religiosè præceptis utatur in poematis conficiendis præstari debent, ea ferme omnia nostrum velim præstitisse auctorem putetis. Enimvero is qua legentibus iacundus, auroq; dignius foret, aptioribus tropis, & sententijs tamquam caro emptis, ac fulgentibus pyropis suum exornauit opusculum. In hoc apprime, concinneq; Neapolitana ora totius, ambitusq; ad admirationem per euidenciam dispositis locis, Sebethum omnem optimorum poetarum more, summa captum letitia de se prædicantem, seq; ceteris iactanter paribus preferentem inducit. Atque in postrema tandem carminis sede ad Neapolitani Proregis laudes diuertit. Illud ergo amice, hylareq; excipite. Legite sapissime, & voluptuosa ad perlegendum vos alliciat oblectatio. Valete, & lectioni vestrae meas in hoc temporis inopia breues (si lubet) in quibus Grammatici sum partes executus, adnotationes adiungite. x v. Kal. Martias clō 15 c III.





CAROLI PINTI HER. SAL.
IN SEBETHYM.

Epigramma.

FINIBVS angustis prius aquora lata petebas,
Nunc eadem, superans flumina larga, subis
Te quoniam celebris Vates super aethera tollit
Excipit & Princeps CASTRIVS ipse sinu.

SEBETHVS.



AETVS arundinea deuinctus tem-
pora fronde

Sebethus,¹ saxoq; latus decliue fluenti
Innixus, proprio sese dū lustrat in antro

¹ De quo Virg.
Col. & alij me-
minere.

Miraturq; suas, fluuialia numina,

Nymphas,

Et quantos paruo perfundat flumine campos,
Quāle Decus, numenq; ferat, quæ mœnia propter,
Aut quam percelebrē placidus propè labitur Vrbem
Parthenopen, latumq; quibus sub pontibus aquor
Ingreditur, liquidis lymphis, gremioq; receptum
Ad se blanda Thetis redeuntem suscipit amnem,
Dulcibus ac salsas permiscet fontibus vndas;
Præbeat ut pingui latices tellure latentes,
Fœcundosq; riget duris cultoribus hortos,
Hinc geminae glaucos oculos è margine ripæ
Coniicit, & præ se Campana conspicit ora
Gaudia, Rura, Lares, pulchræ Sirenis² honores,
Chalcidicosq;³ Deos, viridantis & arua⁴ Veseut,
Arua beata iugi, semperq; madentia Baccho.
Cuius apex olim voluens incendia flammis
Æmula Trinacrijs, cineres, & saxa per agros
Sparsit, ubi perijt, scripsit: qui plurima, vitæ
Prodigus, ardenti exhalans quem monte Mephitis
Extinxit, tetri offusum caligine fumi,
Historiæ æternum lumen, lumenq; Verona.

² Neap. à Sire-
nis tumulto.

³ A Chalcidi-
cis populis, qui
Cumas cōdide-
re: vnde Parthe-
nope.

⁴ Qui, & Vesu-
ui, & Vesuius,
qui imperante
Tito conflagra-
uit.

⁵ Plinium in-
telligit.

Et

Et latè circum tractum⁶ Crateris ameni,

Urbes tot celebres, Nereus quas alluit vndis,
Centimano impostam⁷ Inarimen, vastoq; Typhæo,
Auso bella inferre Ioui: tremit Insula, & aquor,
Dum mouet ille latus, dum terga immania subter
Immensam molem, pulsat quæ vertice cælum
Eructans flammæ, quoties fremit ille, polumq;
⁸ Suspicit iratus, tanto sub pondere pressus.

Vicinamq; sibi⁹ Prochyten, claramq; superbis
Ædibus, extruxit quas¹⁰ Aragonius ille
Illustri Princeps prognatus sanguine Regum,
Gloria Romulei, sacri splendorq; Senatus
Purpurei, Clemens adeo quem summus, & omnes
Pontifices coluere Patrem, quæ maxima virtus
Eius erat, granitas, castæq; modestia mentis;
Æneæ huc classis fletu post funera Troiæ
Appulit, ille volens cari Genitoris ad ora
Fre per infernas umbras,¹¹ monstrante Sibilla,
Quæ posset penetrare lacus, regna inuisa viuis,
Et rerum euentus, & discere fata suorum.

Insula ab Æneæ nutricis nomine dicta:

¹² Taurubulas, medicosq; lac⁹,¹³ statinasq; renatai.
¹⁴ Cymmerijsq; olim cultam tot gentibus urbem,
¹⁵ Eupleamq; omen felix gratumq; carinis,
Et loca quid memorem tot decantata Poetis,
Et memoranda alijs, sunt quorum numine Phœbæ
Pectora plena? aliquam partem tetigisse iuuabit.

Hinc portum cernes¹⁶ Baiarum, & littus apricum

Pri-

6 Totius Neap.
sinus, ob crate-
ris figuram ita
dicti.

7 Quæ, & Ae-
naria, olim in-
cendia euomēs
ibi de cœlo ta-
ctum Typhæum
Gigantem fia-
gunt poetæ.

8 Hyperboli.

9 Quæ, & Py-
thecusæ à statio-
ne nauium Ae-
nææ, vel ut alij
ab eius nutrice.

10 D. Innicius
ab Aragonia.
S.R.B. Card.

11 Virg. in 6.

12 Quarum a-
pud Statium so-
la mentio est.

13 Insulas ter-
remotu exor-
tas.

14 Populis in-
ter Baias, & Cu-
mas insubterra-
neis degētib;
locis. Tibull.
lib. 3. & Claud.
in Butrop. &
Strabo.

15 De hac, præ-
ter Statium nul-
li veterum me-
minere.

16 Romanorū
delicias. Hor.
in epist. nullus
in orbe sinus
Baiis præluet
amnis.

Priscorum Vatum, & ¹⁷ Venusino carmine clarum
 Ob geniale solum, cælumq; tepentibus auris
 Vsq; salutiferum, quod festinantibus illò
 Mille voluptates, solatiâ mille ministrat.

17 Apud quem
 nullus in orbe
 finis Bais præ-
 lucet amnis.

Balnea quid referam, ¹⁸ Baulos, quid stagna Lucrini,
 Et quàm mirandam ¹⁹ Piscinam, & tecta Luculli;
 Omnia quæ cecinit numeris, & voce Maroni.

18 Boalla olim
 inter Baias, &
 Misenum, vbi
 Herculis boues
 stabulati esse di-
 cùtur. Martial.

STATIVS equalis, ²⁰ Thebisq; & Achille superb^o,
 Grandiloquo cantu, tollit qui ²¹ ad sydera gentem
 Euboicam, ²² docta resonans cum coniuge siluas?

19 Quam vul-
 gus Piscina mi-
 rabile; Luculli
 opus creditum.

Quid magni Aeneæ celebratum nomine montem

20 Propter The-
 baidâ, & Achil-
 leidam.

²³ Miseni comitis, quo non præstantior alter
 AEre, tubaq; viros, lituoq; ciere sonanti
 Ad bellum, Martisq; acies accendere cantu?

21 Summis in
 cœlû effert lau-
 dibus.

Nec procul antiquas ²⁴ Cumas, veneranda Sibilla

22 Cû Marcel-
 la vxore poe-
 tria.

Ob data tot populis responsa, ad sidera notas;
 Extat adhuc ²⁵ antrum Vatis, (mirabile visu)

23 Môtis à Mi-
 seno Aeneæ tu-
 bicine, de quo
 Virg. in 6.

Horrendos iuxtâ fluctus pallentis ²⁶ Auerni,
 Vnde iter ad stygias ripas ²⁷ Acherontis, & imos

Aere ciere vi-
 ros Martemq;
 accendere can-
 tum.

Manes, supplicia expendunt vbi debita fontes:

Virgilius nam vera canit, ²⁸ cui tota Dearum

24 Oraculis,
 & Sibilla, vnde
 nomē obtinuit,
 insignis.

Aonidum ²⁹ turba assurgit, quem sæpè salutans

Certatim sertis onerat florentibus urnam

Sidereis patris, blando qui amplexus amata

Sirenis gremio, ³⁰ sublimi hic carmine scripsit

25 Nostra ætas
 appellat la
 Grotta della Si-
 billa.

Vt quamvis cupidos explerent rura colonos.

26 De quo a-
 pud omnes scri-
 ptos. & Virg.
 præfertim in 6.

Atque Urbem, nomen ³¹ putei cui mille dederunt,

27 Vnde Ache-
 rusia palus.

Sunt vbi tot rerum vestigia, celsa theatra,

28 In 6. Aen.

B Im-

29 Eximia Vir
gilij laus.

30 1. Georgica.

31 Puteolos in-
dicat Romano-
rum frequentia
imprimis cul-
tos.

Hodie la Grot-
ta dragonara.

33 Aqueductus

34 In cuius gra-
tiam Academi-
cas quaestiones
inscripsit.

35 Stat. in flu.

*Imposita pelago moles, sunt diruta templa,
Et subterranei³² hinc, illinc miracula visus,
Antra, Lacusq., Specusq., arcusq., altaq. columnae
Euripi,³³ & Nili, magniq.³⁴ Academia Tulli,
Et tot Romanis erecta palatia passim,
Qui Imperij grauibus curis post terga relictis,
Post foris, atque domi tot bella exhausta, labores,
Postque triumphatas utroq. ab littore gentes,
Hic tacitas horas transmittere saepe solebant:
(uncta iacent, miranda tibi per rura³⁵ Dicarchi,
Attonitumq. tenent si quando fortè cupido*

*Lectica Incessit Lectica, rapidisq. venire quadrigis,
Huc, & tantarum rerum monumenta tueri,
Conspicui hic horti, quales in Perside Cyrus
Non habuit, quos Hesperidum vel dicere possis
Seruatos vigili, noctesq., diesq. Dracone,
Aurea ab arboribus nè quis decerpere mala
Indè olim auderet,³⁶ Toleti Principis; equor
Cui paret, Regis classem namque ille gubernat:
Intrepidus terra, nauali gymnade clarus.*

36 D. Petri To-
leti Principis
clarissimi.

37 Hodie la Sol-
fatara. Locus in
cui figuram no-
cta diuq; flam-
mas expirans.

*Phlegraeque etiam fumantia sulphura campis;
Strauit ubi Alcides Titania terga Gigantum,
Gerione extincto, terris dum victor Iberis
Ausoniam veniens, Aras, & templa recepit:
Aetneos credas, vastosq. Cyclopes in aruis
His, fabricare Ioui metuendos fulminis ignes,
Saepe quibus mortale genus terrere voluntas
Est, aut effrenes ad nutum perdere gentes.*

Quid

Quiduè canam, ut latos teneat blandissima³⁸ Nefis,
 Nefis, Nereidum turbis, nemorumq. puellis,
 Et Driadum associata choris, Sirenis ab vrbe
 Qui sæpè huc properant centum oblectamina, centum
 Visuri lusus, choreas, certamina centum
 Exercent hilares, quæ Nymphæ in gramine, quarum
 Exornat crines Nefis frondente corona,
 Sedibus umbriferis retinens, dulciq. recessu?
 Qua nam³⁹ Pausilypum tollam super æthera laude,
 Pausilypiq. hortos, hortos, qui pectora curis
 Soluunt, oblectantq. animos, sensusq. virorum
 Vicini pelagi aspectus, nemus, aura salubris,
 Muscosi circum scopuli, collisq. beati
 Non turbata quies, residesq. sub æthere somni?
 Huc æstate omnes Proceres, luenumq. senumq.
 Turba ruunt, alij vel equis, pietisq. phaselis,
 Auratisq. rotis alij, terraq. mariq.
 Littoris allekti dulcedine subter amœnis,
 Et tremulis umbris certant traducere tempus,
 Et cantu, & cytharis pariter fidibusq. canoris
 Strati peruirides herbas, conuiuia passim
 Letantes celebrant, serò & sua tecta reuisunt:
 Hoc tibi Parthenope flores, & sarta³⁹ Napeæ
 Colle legunt, cunctisq. affert Pomona diebus
 Poma vel in mensis Regum apponenda superbis,
 Fragranti quorum solo pascaris odore,
 Qualia³⁹ Pheacum non visa fuere per hortos,
 Quos aut Assyrii iactant, mollesq. Sabæi,

38 Insula amæ-
 nitate celebris,
 quæ Cöchano-
 rum Principis
 imperio paret.
 Hodie Nisita.
 de qua Statius.
 circumflua Ne-
 fis. & Sann. &
 Rota. & Anger.

39 A curarum
 relaxatione ita
 Gracè nuncu-
 patum.

39 Siluærum.
 Dæx quæ. &
 Dryades. Virg.
 & latiniore
 poetæ.

39 Id est Corcy-
 rz, quam nostri
 Corfu vocant,
 populorum. Ho-
 rû filuas sic di-
 laudat lib. 3.
 Prop.

Nec mea Pheæ-
 cas æquant po-
 maria filuas.

B 2

Quis

40 Regiones
Baccho gratif-
simæ.

41 Poëtica fin-
git.

42 Grottoz
Marchionis.

43 Vbi Sanna-
zari, & Virg. se-
pulchrum visi-
tur.

44 Tiberij se-
cessus. Tranqu.
& Virg. in 7.

*Quis canat vuiseri exhilarantia dona Lyæi,
Dona quibus mentis vires augentur, & anni?*

⁴⁰ *Non Methymna ferax, nō Tmolus, Lesbia tellus,
Insula nec Naxos, Mareotidis arua, nec Aulon
Fertilis, hæc ferrent curarum, vina, leuamen:
O quoties ⁴¹ madidum Baccheo nectare collem
Nereis ascendit, latitansq. sub Illicis vmbra
Maturas vuas rapuit, raptura, Colonos
Dum tenet Autumno spumans vindemia lætos;
Hic me præcipuè recreent pomaria, & sedes
Magnifica, & placidi clius supra æquoris undas
Clius virgultis varijs cumulatæ odoris;*

⁴² *Herois Sances gravitate insignis, & alto
Consilio, Regis lateri qui lure supremus
Assistit, nihil aggreditur, nil imperat ille,
Quin nutu ALPHONSI hic fiat, prudentia tanti
Iudiciumq. viri superat, quos qualibet atas
Aut tulit, atque feret, cuius pulcherriima proles
Fascibus, ac Mitris floret, florebit & omni
Tempore: sic illos euexit ad æthera virtus.*

*Quid ⁴³ Mergillina secessum ruris aprici,
Littoreamq. plagam; & duris in cautibus ædem
Virgineam, erexit Sincerus quam Actius olim
Andini Vatis cineres, iuxtaq. sepulchrum
Diuinis numeris, & cantu proximus illi?*

*Hinc è prospectu se oculis incundior offert
Insula, quam ⁴⁴ Capreas præsens & nominat atas
Nota satis, Telon cum regna hæc sorte teneret,*

The-

Thelebourum populis latè dominatus, & agris
Vixit vbi, toti qui Jura Tiberius orbi
Augusti post fata dedit, rerumque potitus
Asper, & immitis, ducensq. inglorius annos
Imperio indignus, sedavit sanguine nomen
Romuleum, inuisus patriæ, atque inuisus amicis;
Hic nautis patefecit iter, cursumq. per æquor
Nè errarent, cecisq. vadis illidere possent
Nocte⁴⁵ Pharos, Lunæ radiantia lumina vincens.
Quam contra aspicias montem, templumq.⁴⁶ Minervæ
Templum, quod prudens quondam cõstruxit Vlixes
Littora prateriens nostra hæc diùm pocula Circes.
Effugit, clauoq. ratis se spontè ligandum.
Obtulit, occludens sociorum callidus aureis,
Maxima vbi surgit nunc arx, quæ prominet vndis.
Tirrheni pelagi, paupor, exitiumq. pyratis
Sulphureos si quando ignes, & ferrea mittit
Machina terribiles bombos.⁴⁷ fugit æquore Prothe⁹
Æquoreumq. gregem ad sua territùs antra reducit
Hic, & pampineos colles, florentia cernes
Prædîa, quæ vario volucres modulamine mulcent
Palladijsq. virens semper nemus undiq. baccis
Gaudia quis veris, quis gaudia dicere possit,
Quæ tibi dat pontus, si quando fortè vagari
Per scopulos libet, & gentem turbare quietam
Squammigeram, implicitisq. dolis, & retibus illâ
Persequi, & adtensas incautam trudere technas?
Quæ loca incundis Zephyris exposita sereno

45 Turris, quæ noctu lumina ad seruabat ad nauigantiũ cõmodum.

46 Quod & Athenæum, Sireũ & Prænus sum dicitur Strab. & Ouid. hodie il capo della campanella.

47 Hiperbolica locutio.

Sub

48 Vnde au-
ctor noster in
re poetica su-
avissimus oriun-
tus, de quo nos
in e logius.

49 Hodie loco
sta di Malfi.

50 Tres Sire-
nuffæ dicti Vir-
giliano carmi-
ne lib. 5. nobili-
tata. tamque
addo scopulos,
&c.

51 Olim Possi-
donia. nunc va-
stata ac diruta.
de qua Ouid. &
alij.

52 In arenis.

53 Scat. & Vir-
gil.

54 Thessaliæ lo-
ca amœnissima.

55 Acclama-
tio.

Sub Ioue ⁴⁸ Massatenet, dulcissima Patria, nostris
Ocia quæ tribuit nimium tranquilla Camænis.

In mare prospectus non est hoc letior vsquam.

Hinc ⁴⁹ Picentini populi, latèq. videntur

⁵⁰ Sirenum scopuli, biferiq. rosaria ⁵¹ Pesti,

Totus & ille sinus, Palinurus ubi obrutus undis

Nudus, & ignotus Calabris tumulatur in ⁵² ætiss

Massica vina ægris placeant ante omnia; & illa

Pontificum mensis, mensis dignissima Regum

Fercula, quæ vitula verno dant tempore nobis,

At alij frustra tantum nunc nomine gaudent;

Illustrat Massam probitate, fideq. colendus,

Et morum integritate, sacrarum gloria legum

ASPRELLA in Tyrio Præses Laurentius ostro

Spestandus, meritis sua stant nam præmia dignis,

Cuius facta canam, si tecta, laresq. paternos

Ille opifex rerum qui res hominesq. gubernat,

Me dabit incolere, atque optata pace fruisi:

Nam veluti referunt primos oriente remoto

Delitijs florente loco vixisse parentes,

Hic degam, procul à vulgi rumore loquacis,

Non morbos metuam, Parcarum stamina spernâ;

Et Christi amplexus tranquilla in morte quiescâ.

Hinc ⁵³ Surrentini Sirenum nomine muri

Occurrunt, regio vincit vel ⁵⁴ Thessala Tempe

Tybur, & antiquis laudatum molle Tarentum;

⁵⁵ Tanta est temperies, tanta indulgentia cæli,

Fundit opes natura suas ubi prodiga, & omni

Mu-

Munere dit arunt cœlestia Numina terras,
 Quas & Romulei, quas & coluere frequentes
 Graij, quorū opera, nunc ⁵⁶ antra superba videtur,
 Quæ gelidas lymphas, si spectes, flumina credas;
 Servant, & saxis, & fornice structa vetustis;
 Sat celebrata senis ⁵⁷ Francisci carmine nostri,
 Prisca Seuerina qui nomina gentis honorat,
 Insignis cythara, & venerando crine Sacerdos
 Vertice qui Pindi, sacro qui vertice Cynthi
 Parnassiq. iugo vocat ad sua vota Camenas,
 In cunctos frontem accipiens, animumq. benignus
 Hic ⁵⁸ Surrentinum Polli, prætor a ponto
 Lucebant, fremitum ignorabant tecta sonorum
 Aequoris, hic habuit thermas, hic balnea miris
 Aedificata tholis, tepidumq. hypocausta calorem
 Voluebant, prostrata vides nunc cuncta ruinis,
 Sed Polli medicis nomen seruatur arenis,
 Quas adeunt, ardens dum Sirius arua fatigat,
 Qui tetris morbis, & tristitabe laborant;
 Feruenti hic totī ⁵⁹ tumultantur puluere nudi,
 Et cunctam sudore fugant de corpore pestem,
 Incolumesq. domum redeunt, & littus, arenam,
 Atque loci Genium leti ter voce salutantis
⁶⁰ Alcide fuerat templum, hic memorabile centum
 Marmore de solido Parijs, niueisq. columnis:
 Omnia tempus edax consumpsit, & omnia perdet,
 Nec locus ille mihi Nympharum indictus abibit
 Urbis ab aspectu ⁶¹ Diomeda nomine felix
 Rupis

⁵⁶ Numero xj. aquarū dulcissimarum plenissima. ciuiū gloria, & voluptas.
⁵⁷ Franciscum à Nicolao Grammaticū, & poetam doctissimū ostendit.

⁵⁸ De quo Statij silua.

⁵⁹ Kal. Iunij hic arena saluberrima ægrotis.
⁶⁰ Hercules. hodie lo Portiglione, de quo Statij Hercules Surrentinus, nūc sub Massensium dominatu.
⁶¹ Locus piscatorib⁹ quæstuosus. à Diomeda Phorbātis filia ab Achille ex Lesbō rapta. Hom. Od. 9.

Vide Strabonē.

Rupis Athenaei. secessu, littus, & ora
 Lesbii ubi raptæ Æacide fuit ade sepulta,
 Post Troiæ flammæ secum quam vexit Ulixes,
 Grandia piscantes onerant ubi linea thynnus,
 Illi indignantes furiunt; it fluctus ad auras,
 Accurrunt omnes leti, tum feruere pontum
 Aspicias, eursant: saliant, capiuntur, & atro
 Inficiunt caesi liquidos dum sanguine campos:
 His implent Cymbas, hos lata per æquora vectant
 Parthenopen Nautæ, subitoq. ad littus amatum.
 Contendunt celeres, operiq. ardentius instant,
⁶² Mirus amor prædæ: spectantum mira voluptas:
 Surrentina etiam non cedunt vina Falernis,
 Mollia, odorifera, imbecilli grata palato,
 Quid suaues fructus, redolentia citria dicam,
 Citria Medorum siluis aduecta beatis?
 Hos populos, urbemq. equis moderatur habenis
 Qui pepulit morbos præclarus Apollinis ⁶³ arte,
 Nunc animos hominum rapiens è faucibus Orci,
 Insignis Mitra, & rubro cernendus amictu,
 Et rara excellens pietate Hieronymus, ipsi
 Clementi inprimis carus, sanctoq. Senatu
 Hanc gentem meritis pollens, signisq. tuetur
 Antoninus, surgit ei de marmore templum
 Ad mare iuxta altæ rupes, atque ostia portus,
 Diuus ubi colitur: cæno miræ, & vidimus ipsi
 Rhetoricen Luuenes Luuenis dum fortè docebam
 Surrenti, horrendas furias, quæ corpora fuerunt
 Ve-

⁶² Acclamatio.⁶³ Medendiar
te præstant.

*Vexare, àudio Antonini nomine tantum
Stridentes, discerpere se, magnoq. ululatu
Ad solitas flammās sub tartara nigra reuerti.*

*Quo mihi planities, quàm iucundissima Plani
Carmine dicetur? quæ fert lenissima vina,
Et Poma Alcinoi non concedentia pomis?*

*⁶⁴ Mons Plaga vitifero hinc assurgit palmite diues
Crateris tractum qui sic speculatur apertum,
Vt colere Elysias siluas; camposq. putetur,
Qui procul à strepitu hic traducere leniter annos
Tithoni longos, & viuere Nestoris optant.*

64 Inter Surre-
tum, & Vicum
Equestem opti-
mi vini ferax.

*Proximus Aequensis se attollit collis, & vrbis
Mœnia, quæ pelago impèdēt, quæ maximus Heros
Possidet à ⁶⁵ Capua cognomine, pluribus ornans
Aequatis cœlo tectis, stupet æquor, & altæ
Abscissis scopulis rupes: effunditur aurum
Principe Magnanimo, cunctas qui Palladis artes
Excolit, & doctos studiosè obseruat, & offert.
Munificus donis, Mæcenās temporis huius,
Qui modo dat leges Ponto, quem rector aquarum
Neptunus metuens donat gestare Tridentem,
Quo tumidos sedat fluctus, dirasq. procellas
Quo, licet ad cœlum elatæ, presente quiescunt:
Prætereo quantis decoret virtutibus urbem*

65 Mattheus d
Capua M. Nea-
po. Regni Ar-
chitalassus. de
quo supra.

*⁶⁶ REGIVS æternis scriptis, calamoq. deserto,
Regia fatidici vatis qui carmina plectro
Concinit Etrusco, summumq. affectat Olympum,
Spectari in rutilo dignus, roseoq. galero.*

66 Paulus Re-
gius solertissi-
m' scriptor, de
quo nos alibi
fufius.

C

⁶⁷ Gau-

67 Supra Stabias altissimi, ubi SS. Antoninus, & Catellus asperissime vixere. nunc S. Angelo à Fauti.

68 Hodie Castell à Mare.

69 Fluvius à Sarno vrbe defluens in æquor Campanum se exonerans.

70 Quod, & Pöpeianum, & Pöpeij, de quibus Col. lib. 3. hodie la Torre del l'Annunciata.

71 Et Herculanum, vulgo la Torre del Greco. Cui D. Aloysius Carafa Hosti. Princeps imperat. Vbi (vt referant) Vesulij incendio ingens absorta fuit Vrbs.

72 CLEMENS II. VIII. affinis.

73 Locus delitiosissimus vulgo Pietra bianca. Leucos .n. albu significat.

74 Carolus V. Philip. II. pater Romanor. imp.

75 Numidæ.

76 Digna Neapo. exornatio.

⁶⁷ *Gaurani hinc montis contingunt astra niuosi
(culmina, quæ dorso ⁶⁸ Stabias Aquilonibus arcent,
Quas Sylla euertit, vitreis quas irrigat vndis
Tirrheno labens dum mergitur equore ⁶⁹ Sarnus.*

⁷⁰ *Et Pompeiana Turres, Arcesq. tremendi
Herculis, ⁷¹ Herculeum conseruant oppida nomen,
Quæ regit eximius Princeps ditissimus aruis,
Qui æstorum varios motus, cæliq. meatus,
Naturæq. vices, numeros, & Gracia quicquid
Scripsit, mente tenet, facundo aut Tullius ore;
Quinati thalamis genitor magè clarus in orbe,
Et consanguineus ⁷² PETRI, qui clauibus astra
Arbitrio reserare potest, & claudere Auernum,
Carafa Gentis Decus, atque Neapolis ingens.*

*Post ⁷³ Leucopetra, veneranda palatia, victor
⁷⁴ Carolus huc domita Libyes cum venit ab ora
Thracibus expulsis sua ⁷⁵ Rege in regna remisso
Secessit, parto triduum conuiuia triumpho
Urbis Principibus septus. Tum denique claram
Parthenopen Regi Austriaco, magnoq. PHILIPPO
Dilectam nimium, parent cui maxima regna
Europa, diuesq. auro, & procul Indis gemmis,
⁷⁶ Parthenopen dulcem, florentem nobilia oci
Musarum studijs, cunctarum atque vberè rerum,
Belligerisq. viris, illustri gente potentem,
Undique præcelsis Aulis radiantibus auro,
Undiq. prænitidis è marmore fontibus auctam,
Et pulchris Nymphis, præstantibus Heroinis,*

Et

Et Diuum templis, & Religione verendam,
Innumeros populos frenantem, & legibus vrbes,
77 Quas qui fortè velit numerare, hic aquoris vndas
Enumerare prius valeat, vel sidera cæli,

77 Hiperboli-
cedi ætum.

Quam quicumque semel, quacunque accesserit ora,
Seu latis veniat regnis, quæ Hispania cernit,
Seu veniat nostro disunctis orbe Britannis,

78 Europe va-
stissimi fluminis
Danubij.

78 Siuè Borystenidos, qui potant flumina, 79 quique
Perpetua glacie, & semper ferè noctè premuntur
Viderit, hic nunquam Sirenis mania linquat;

79 Scytharum
populi.

Cuius honos Pater optimus, & collega Quiritum,
Et caput & Princeps⁸⁰ ALPHONSVS murice sacræ

80 Alphonsus
Gefualdus Pur-
purati Collegij
Princeps, qui
cum Archiepi-
scopatū annos
ferme vij. Nea-
po. gessisset. ibi-
dem xv j. Kal.
Mart. emigra-
uit euicta.

Qui è Tyriogestans trabeam sublegibus aquis
Temperat, ac ditione fori vestigia diuum
Asequitur, centumq. oculis vt peruigil Argus
Seruat vbiq. gregem, paueat ne sua luporum
Gutturis sed tutus prope flumina pabula carpat.

Quam nunc Hispana Gentis moderatur, & cui
Presentis lubar effulgēs⁸¹ FRANCISCVS Auorū

81 Franciscus
à Castro, cui o-
pus auctor nun-
cupauit.

Clarus imaginibus, cui iam florentibus annis
Palladis, aut Martis studijs, populosq. regendi
Se nemo conferre queat, seu numine mentis,

Optata⁸² Euboicis qui infert nunc ocia terris,
Ad quas Astræam pulsam deducit Olympo,

82 Neapolim
intelligit à Cu-
manis ædifica-
tā, x Eubea p-
fectis.

Nestora qui eloquio vincit, qui mitior omni
Principe, in Ausoniam⁸³ pergit reuocare Camenas,

83 Quæ à nobis
littimo, & muni-
ficentissimo
Principe præsta-
ri debent.

Laurigerosq. viros generosa pectoris arce
Accumulat donis; agili qui corpore promptus

C Nouit

*Novit anhelantis velocem sistere cursum
 Alipedis, lato vel circum flectere campo,
 Quem dum conscendit, gestat qui fronte pyropum
 Exultat circum, & tanto sessore superbit:
 (Cuius Maiestas oris, vultusq. sereni
 Inter primates Proceres, quos⁸⁴ Betica tellus
 Extulit, exhilarat cunctos, quos excipit Aula
 Regali, dictisq. illos affatur amicis.*

84 Hispanie re-
 gnum à Beti flu-
 vio. vulgo il-
 Regno di Gra-
 nata.

*Quatinam valeam chartis intexere tanti
 Principis illustres titulos, decora alta Parentum,
 Stemmata prisca, genus deductum sanguine Regis
 Aggrediar, mihi Pympleo si monte sorores
 Adfuerint, veniat captis si ingentibus Heros
 Dexter, & immensis ausis respondeat andor.*

85 Epimition . 85

*Singula quæ postquam superis gratissimus amnis
 Sebethus vidit, tumefactus imagine rerum
 Tantarum, caput attollens è fluminis alveo.*

86 Sebethi, pfo-
 popeia se præ-
 ceteris fluijs
 maiorem qsten-
 tantis.

*Gaudens effudit tales cum murmure voces:
 Non mihi se Tybris, Fuscus non conferat Arnus,
 Eridanusq. pater, fluvisprum Rexq. bicornis,
 Rhenus, Arar, Rhodan⁸⁷, tumidusq. binominis Ister,
 Non Tagus, & Ganges, flavis non dives arenis
 Pactolus, gemmis non auro turbidus Hermus:
 Non qui⁸⁷ felices hortos per labitur altus
 Euphrates, cedant⁸⁸ septemplex ostia Nili,
 Omnia quæ Oceani gremio se flumina condunt,
 Cedite Sebetho, nostra venerentur & unda,
 Vos mihi vrs meritò primas concedite palmas.*

87 A Paradiso
 terrestri ema-
 nans.

88 Septe ostiis
 sese infundētis
 Oceano. Clau-
 Ostia nigrantis
 Nili septena va-
 porat.

Vos

Vos onerate meos selecta fronde vetustas
 Canicie obtectos crines, me dicite ditem.
 Plaudite felici flumini, mihi plaudite cara
 Sirenia soboles, rerum Regina mearum,
 Vos, laticos dum verso, maos potate nitentes,
 Me pecudes dulci pingues in gramine, potent:
 Me circum Nymphæ plaudant à Doride nata,
 Dicite iam Cives me terq., quaterq. beatum,
 Hic vobis vna mecum gestire licebit,
 Addite letitiam, leto super addite cordi
 Latitiam, me vos hilarem spectate fluentem,
 In mare Campanum pleno dum flumine labor,
 Atque huius mecum potiore promite causam
 Latitia: formosus Eques sub flore luente,
 Qui fert ad cælum nomen, famamq. PHILIPPI
 Me regit, atque regat magni post funera Patris,
 Mirandam regimen.⁹⁰ Iuvenem moderatier urbs,
⁹¹ Aspernata Samum coleret quam Regia Iuno
 Atque Papho Cytherea Venus, Bimariaq. Corintha
 Phœbus, & Attæis bellatrix Pallas Athenis,
 Quæ mea victrici rediunxit tempora Lauro.
 Quæ nihil Eoo seu sol se gurgite promit,
 Fessus anhelantes seu currus mergit Ibero,
 Omnia dum lustrat, prospectat pulchrius usquam:
 Ille meas, si quando volent me ferre molestiam
 Pauperiem superi, concordie lege querelas
 Audiatur, atque famem collecta fruge gementum
 Compescat, saturæq. bonis, quos vexat Egestas.

C A-

90 Principis e-
iusdem laudum
repetitio.

91 E Virg. sum-
ptum.

22 PAVLLI PORTARELLI
*CASTRIVS hic est, huic fudo de marmore vultus
 Aerea & huic stabunt, stabunt huic aurea signa
 Posteritas huius tollet vexilla tropheis
 Inclyta virtutis, cæli quam multa morent ut
 Gaudia, longæ defunctum munere vitæ.*

S. Q. Q. M.

AD EVNDEM
 NEAPOLITANORVM PROREGE.

SI vacat à granibus curis, ac pondere rerum,
 Parthenope Regis dum vice sceptrā tenes.
 Fleste oculos, Princeps, in carmina nostra parumper,
 Nam tibi maius opus noster Apollo mouet.

AD EVNDEM.

OPPIDA, regna tibi det Rex, Franciscæ Philippus,
 Det quodcunq; cupis, flos procerumq; decus,
 Obsequij æternum monumentum, in pignus amoris,
 Pectus, & hos numeros nos tibi sponte damus.
Paulus Portarellus.

Reu.^{di} Alexandri Treæ Casinatis
 Ad Sebethum.

DVM tumidus Sebethæ tuo miraris ab antro
 Oppida, rura, lacus, templa, theatra, domos,
 Littora cum scopulis, valles, atque æquora, montes,
 Craterisq. sinus quidquid amænus habet,
 Ecce vocat Paulus nymphasq. nouemq. sorores,
 Quæ Sebethæ tibi laurea ferta parent,
 Omnia ut illius tu cantu flumina vincis,
 Per te sic cunctis vatibus ille præit.



Imprimatur.

**Alexander Gratianus Vic. Gen. Capitularis
Neapol.**

Elegans hoc Poema summo Ingenio elaboratum admodum dignum esse censeo ut Imprimatur.

D. Gabriel Lottherius Dep. vid.

